



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

Ejusdem Capitulatio de partibus Saxoniae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-19366

PRÆCEPTVM PRO TRVTMANNO COMITE

Datum anno Christi D C C L X X X I X .

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Amen. Karolus divina ordinante clementia Rex. Si Domino Deo exercitum succurrente in bellis victoria potiti sumus, in illo & non in nobis gloriamur, & in hoc seculo pacem & prosperitatem & in perpetuum futuro æternam mercedis retributionem nos promereri confidimus. Propterea omnes Christi fideles noverint quod Saxones, quos à progenitoribus nostris ob sua pertinacia perfidiam semper indomabiles ipsique Deo & nobis tamdiu rebelles quoquilibet illius & nostra virtute ipsos & bellis vicimus & ad baptizim gratiam Deo annuente perdiximus, primitaque libertati donatos, & omni nobis debito cenuf solutos, pro amore illius qui nobis victoriam contulit, ipsi tributarios & subjugales devotè addiximus, eoque in fide Christiana retinere optamus & perseverare cupimus. Quapropter in illa parte Saxonie Trutmannum virum illustrem ibidem Comitem ordinamus, ut residat in curte ad campos in mallo publico ad univerforum causas audiendas vel recta iudicia terminanda, iisque Advocatum omnium Prefbyterorum in tota Saxonia fideliter agat, superque Vicarios & Scabinos, quos sub fæ habet, diligenter inquirat, & animadverat ut officia sua sedulò peragant, tandem idem Comes omnia sua filii singulariter à nobis praescripta toto conatu & viribus perficiat, atque ita memoratus noster Comes Trutmannus bene ingenuus arque fecurus existat. Et ut ista ingenuitatis pagina firma stabilique consistat, manu propria subscriptimus & anuli nostri impressione signari jussimus.

Signum Karoli Regis invictissimi.
 Hildebalodus Archiepiscopus Colonensis & sacri palatij Capellanus recognovi.

Data iv. Kal. Octobris anno dominice incarnationis D C C L X X X I X . Indictione xii. anno autem regni Domini Karoli XXI.

Actum in villa Trutmanni feliciter.
 Amen.

CAPITVLATIO
 DE PARTIBVS SAXONIÆ.

HÆC DE PARTIBVS SAXONIÆ CONSTITVTA SVNT.

INCIPIVNT CAPITVLA.

1. **D**e honore Ecclesiærum.
2. *De confusio ad Ecclesiam.*
3. *Si quis Ecclesiam per violentiam intraverit aut furatus fuerit aut incenderit.*
4. *De jejano quadragesimali obseruando.*
5. *De interfectione Clericorum.*
6. *De magis & frigide occisis.*
7. *Ne corpora defunctorum cremenatur.*
8. *Qualiter panantur Saxones qui ad baptismum venire noluerint.*
9. *De his qui homines demonibus immolant.*
10. *Quæ pana eos maneat qui cum paganis*
- adversus Christianos confirant.
11. *De eo qui infidelis est Domino Regi.*
12. *De eo qui filiam domini sui rasperit.*
13. *De eo qui dominum vel dominam suam interficerit.*
14. *Vita ei concedatur qui de mortalibus criminibus latenter commissis penitentiam agere voluerit.*
15. *De rebus & mancipiis Ecclesiærum.*
16. *Vt decima detur Ecclesiæ de omni re que ad fidicam pervenerit.*
17. *Vt omnes decimam partem substantie & laboris sui donent Ecclesiæ.*

Q. iii

18. Ne in dominicis & festiis diebus placi-
ta teneantur.
19. Ut infantes baptizentur infra annum.
20. De conjugis probibitiis.
21. Qualiter panici sint qui vota ad fontes
aut ad arbores vel lucos faciunt.
22. Ut corpora defunctorum in cemeteriis Ec-
clesie sepeliantur.
23. De divinis & fortilegiosis.
24. De Larionibus & malefactioribus.
25. Ut nullatenus alterum aliquis pignorare
presumat.
26. Ut nulli ad Regem pro sua reclamacione

INCIPIVNT SVPRASCRIBTA CAPITVLA ET EORVM TEXTVS.

De honore Ecclesiarum.

I. Rimum de majoribus capitulis
hoc placuit omnibus, ut Eccle-
siae Christi, que modo construuntur in
Saxonia, & Deo sacratae sunt, non mino-
rem habeant honorem, sed majorem &
excellenter, quam fana habuissent
idolorum.

De confusio ad Ecclesiam.

II. Si quis confugium fecerit in Eccle-
siam, nullus cum eis Ecclesia per violen-
tiam expellere presumat, sed pacem ha-
beat ulque dum ad placitum presentetur;
& propter honorem Dei sanctorumque
Ecclesiarum ipsius reverentiam concedatur
ei vita & omnia membra. Emendet autem
caufam, in quantum potuerit, & ei fuerit
iudicatum; & sic ducatur ad presentiam
Domini Regis; & ipse eum mittat ubi
clementia ipsius placuerit.

*Si quis Ecclesiam per violentiam intraverit
aut furatus fuerit aut incenderit.*

III. Si quis Ecclesiam per violentiam
intraverit, & in ea per vim vel furtum ali-
quid abstulerit, vel ipsam Ecclesiam igne
cremaverit, morte moriatur.

De jejuniu quadragesimali observando.

IV. Si quis sanctum quadragesimale
jejuniu pro despicio christianitatis con-
temperit, & carnem comedenter, morte
moriatur. Sed tamen consideretur a sacer-
dote, ne forte causa necessitatis hoc cui-
libet proveniat ut carnem comedat.

De interfictione Clericorum.

V. Si quis Episcopum aut Presbyterum
sive Diaconum interfecerit, similiter ca-
pite punietur.

De magis & strigis occisis.

VI. Si quis a diabolo deceptus credi-
derit, secundum morem paganorum, vi-

venienti viam contradicere aliquis pre-
sumat.

27. De fideiassoribus dandis.

28. Ut manera super innocentem nullus acci-
piat.

29. Ut Comites pacem & concordiam ad in-
vicem habeant.

30. De eo qui Comitem interfecit.

31. Qualiter bannus solvatur pro faida.

32. De iuramento in Ecclesia prestanto.

33. De perjurio.

34. Ne Saxones agant conventus publicos

nisi per iussionem Regis.

rum aliquem aut feminam strigam esse &
homines comedere, & propter hoc ipsum
incenderit, vel carnem ejus ad comedien-
dum dederit, vel ipsum comedent, capi-
tis sententia punietur.

Ne corpora defunctorum crementur.

VII. Si quis corpus defuncti hominis
secundum ritum paganorum flamma con-
sumi fecerit, & ossa ejus ad cinerem rede-
gerit, capite punietur.

*Qualiter puniantur Saxones qui ad baptis-
mum venire noluerint.*

VIII. Si quis deinceps in gente Saxo-
num inter eos latens non baptizatus se ab-
condere voluerit, & ad baptismum venire
contemplerit, paganisque permanere vo-
luerit, morte moriatur.

De his qui homines demonibus immolant.

IX. Si quis hominem diabolo sacrifici-
verit, & in hostiā more paganorum da-
monibus obtulerit, morte moriatur.

*Quae pena eos maneat qui cum paganis
adversus Christianos confirant.*

X. Si quis cum paganis confilium ad-
versus Christianos inierit, vel cum illis in
adversitate Christianorum perdurare vo-
luerit, morte moriatur. Et quicunque hoc
idem fraude contra Regem vel gentem
Christianorum consenserit, morte mori-
ratur.

De eo qui infidelis est Domino Regi.

XI. Si quis Domino Regi infidelis ap-
paruerit, capitali sententia punietur.

De eo qui filiam domini sui rapuerit.

XII. Si quis filiam domini sui rapuerit,
morte moriatur.

*De eo qui dominum vel dominam suam
interfecerit.*

XIII. Si quis dominum suum vel do-
minam suam interfecerit, simili modo pu-
niatur.

Vita ei concedatur qui de mortalibus criminibus latenter commissis paenitentiam agere voluerit.

XIV. Si quis verò pro his mortalibus criminibus latenter commissis aliquis sponte ad sacerdotem confugerit, & confessio ne agere paenitentiam voluerit, testimonium sacerdotis de morte excuset.

De rebus & mancipiis Ecclesiastarum.

XV. De minoribus capitulis consenserunt omnes, ad unamquamque Ecclesiam curtem & duos mansos terræ pagenses ad Ecclesiam recurrentes condonent, & inter centum viginti homines nobiles & ingenuos, similiter & litos, servum & ancillam eidem Ecclesiæ tribuant.

Vt decima detur Ecclesiæ de omni re que ad fiscum pervenerit.

XVI. Et hoc Christo proprio placuit, ut undecunque census aliquid ad fiscum pervenerit, five in frido, five in qualcumque banno, & in omni redibitione ad Regem pertinens, decima pars Ecclesiæ & sacerdotibus reddatur.

Ne omnes decimam partem substantiae & laboris sui donent Ecclesiæ.

XVII. Similiter secundum Dei mandatum præcipimus ut omnes decimam partem substantiae & laboris sui Ecclesiæ & sacerdotibus donent, tam nobiles quam ingenui, similiter & litos, juxta quod Deus unicuique dederit Christiano, partem Deo reddant.

Ne in dominicis & festiis diebus placita publica teneantur.

XVIII. Vt in dominicis diebus conventus & placita publica non faciant, nisi forte pro magna necessitate, aut hostilitate cogente; sed omnes ad Ecclesiam recurrente ad audiendum verbum Dei, & orationibus vel iustis operibus vident. Similiter & in festivitatibus præclaris Deo & Ecclesiæ conventu defervant, & secularia placita dimittant.

Vt infantes baptizentur infra annum.

XIX. Similiter placuit his decretis inferre quod omnes infantes infra annum baptizentur. Et hoc statuimus, ut si quis infantem intra circulum anni ad baptismum offerre contempserit sine consilio vel licentia sacerdotis, si de nobili generre fuerit, centum viginti solidos fisco componant, si ingenui, sexaginta, si litus, triginta.

De conjugiis prohibitis.

XX. Si quis prohibitus vel illicitum conjugium sibi fortius fuerit, si nobilis,

solidos sexaginta, si ingenuus, triginta, si litus, quindecim.

Qualiter puniendi sunt qui vota ad fontes aut ad arbores vel lucos faciunt.

XXI. Si quis ad fontes aut arbores vel lucos votum fecerit, aut aliiquid more genitilium obtulerit, & ad honorem dæmonum comederit, si nobilis fuerit, solidos sexaginta, si ingenuus, triginta, si litus, quindecim. Si verò non habuerint unde praesentialiter perfolvant, ad Ecclesiæ servitium donentur usque dum ipsi solidi solvuntur.

Vt corpora defunctorum in cameteriis Ecclesiæ sepeliantur.

XXII. Iubemus ut corpora Christianorum Saxonum ad cœmeteria Ecclesiæ deferantur, & non ad tumulos paganorum.

De divinis & sortilegiis.

XXIII. Divinos & sortilegos Ecclesiæ & sacerdotibus dare constituiimus.

De latronibus & malefactoribus.

XXIV. De latronibus & malefactoribus, qui de uno comitatu ad alium confugium fecerint, si quis eos receperit in sua potestate, & septem noctibus secum detinuerit, nisi ad praesentandum, nostrum bannum solvat. Similiter si Comes eum abscondebit, & ad justitiam faciendam praefestare noluerit, & ad hoc exculpare non potest, honorem suum perdat.

Vt nullatenus alterum aliquis pignorare presumat.

XXV. De pignore, ut nullatenus alterum aliquis pignorare presumat. Et qui hoc fecerit, bannum perfolvat.

Vt nulli ad Regem pro sua reclamatione venienti viam contradicere aliquis presumat.

XXVI. Vt nulli hominum contradicere viam ad nos veniendo pro iustitia reclamandi aliquis presumat. Et si aliquis hoc facere conaverit, nostrum bannum perfolvat.

De fidejussionibus dandis.

XXVII. Si quis homo fidejussorem invenire non potuerit, resilius in forbano mittantur usque dum fidejussorem praesentet. Si verò super bannum in domum suam intrare presumperit, aut solidos decem aut unum bovem pro emendatione ipsius banni componat, & insuper unde debitor exstiterit, perfolvat. Si verò fidejussor diem statutum non observaverit, tunc ipse tantum damni incurrit quantum manus sua fidejussoris exstiterit. Ille autem qui debitor fidejussori exstiterit, du-

plum restituat pro eo quod fidejussorem
in damnum cadere permisit.

Vt munera super innocentem nullus accipiat.

XVIII. De premiis & muneribus,
ut munera super innocentem nullus accipiat.
Et si quis hoc facere presumperit,
nostrum bannum solvat. Et si, quod absit,
forte Comes hoc fecerit, honorem suum
perdat.

*Vt Comites pacem & concordiam ad invicem
habeant.*

XXIX. Ut universi Comites pacem
& concordiam ad invicem habere stu-
deant. Et si forte inter eos aliqua discordia
aut conturbium ortum fuerit, ut no-
strum solatum vel perfectum pro hoc non
demittant.

De eo qui Comitem interficerit.

XXX. Si quis Comitem interficerit,
vel de eius morte consilium dederit, he-
reditas illius ad partem Regis eveniat, &
in jus eius redigatur.

Qualiter bonus solvatur pro faida.

XXXI. Dedimus potestatem Comi-
tibus bannum mittere infra suo ministerio

de faida vel majoribus causis in solidis se-
xaginta. De minoribus vero causis Co-
mitis bannum in solidis duodecim consti-
tuimus.

De juramento in Ecclesia profando.

XXXII. Si cuiuslibet homini sacramen-
tum debet, aframeat illum ad Ecclesiam
sacramento ad diem statutum. Et si ju-
rare contemplerit, fidem faciat, & solidos
quindecim componat qui in activis ap-
paruit, & deinceps caulam pleniter emen-
date faciat.

De perjurii.

XXXIII. De perjuris secundum le-
gem Saxonum sit.

*Ne Saxones agant conventus publicos nisi
per iussionem Regis.*

XXXIV. Interdiximus ut omnes Sa-
xones generaliter conventus publicos nec
faciant, nisi forte Misius noster de verbo
nostro eos congregare fecerit. Sed unu-
quisque Comes in suo ministerio placita &
iusticias faciat. Et hoc a sacerdotibus con-
sideretur ne aliter faciat.

EPISTOLA AD FASTRADAM

REGINAM DE VICTORIA AVARICA,

ET DE LETANIIS.

K Arolus gratia Dei Rex Francorum
& Langobardorum ac Patricius
Romanorum dilectus nobis & valde ama-
bili conjugi nostra Fastrada Reginae. Salu-
tem amabilem tibi in Domino per hos api-
ces mittere studiuimus, & per te dulcissi-
mis filiabus nostris, vel ceteris fidelibus
nostris tecum manentibus. Scientem te
enim facimus quia gratias Deo fani & salvi
sumus. Misus quidem dilecti filii nostri
Pippini nomine illi, nobis nuntiavit de
eius sanitate ac Domini Apostolici, vel
de salvatione confinium nostrorum illis
partibus positorum, unde valde laetificari
exitimus. Et insuper retulit nobis qualiter
illæ scære, quas prius de Italia iustissimus
pergere partibus Avarie in illi, confinia
restendum, perrexerunt infra fines ipsorum
decimo Kalendas Septembres, &
inierunt pugnam cum eis. & dedit eis
Deus omnipotens pro sua misericordia vi-
ctoriam, & multitudinem de ipsis Avariis
interfecerunt, in tantum, ut dicunt, quod
in multis diebus major strages de ipsis
Avari facta non fuit. Et expoliaverunt
ipsum vallum, & federunt ibidem ipsa no-
ste, vel in craftina, usque hora diei tertia.
Et acceptis spoliis reversi sunt in pace, &
centum quinquaginta de ipsis Avari vivos
comprehenderunt, quos reservaverunt
ut nostra fiat iusso qualiter exinde agere
debeant. Fideles Dei a nobisi, qui hoc
egerunt, fuerunt ille Episcopus, ille Dux,
ille & ille Comites III. Dux de Histria, ut
dictum est nobis, ibidem bene fecit cum
fuis hominibus. Vassi vero nostri fuerunt
illi. Nos autem Domino adjuvante tribus
diebus litaniam fecimus, id est, Nonis Sep-
tembris, quod fuit Lunis die, incipientes,
& Martis, & Mercuris, Dei misericor-
diam deprecantes ut nobis pacem & fani-
tatem atque victoriam & prosperum iter
tribuere dignetur, & ut in sua misericor-
dia & pietate nobis adjutor & consiliator
atque